

4 Octobr. 1603 : Bellarmini litt. testim. pro Laur. Menicillo

LITTER. TESTIMON.

pro Laurentio Menicillo, loco Bellarmini

facientem visitationem ad limina 1603

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen. Re-  
vint universi praesentis publici instrumenti seriem  
inspecturi et lecturi, quod anno a Nativitate eiusdem  
Domini millesimo sexcentesimo tertio, indictione 2<sup>a</sup>, die  
vno quarto Octobris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris  
et Domini nostri S. Clementis, divina Providentia, Papae VIII  
anno duodecimo, in mei notarii publici testimonio infra-  
dictorum, ad hoc specialiter vocatorum et rogato-  
rum, praesentia, personaliter constetit Illustrissimus et Reve-  
rendissimus S. Robertus Cardinalis Bellarminus, Archiepiscopus  
Capuae, qui asseruit ipsum arduis negotiis suae ecclesiae  
Capuanae impeditum, non posse ad infra dictura personaliter  
adire. Confusus igitur de fide et diligentia Rev. Domini  
Laurentii Menicilli, S. J. S., Primicerii Capuani, dictum  
quidem Dominum Laurentium, praesentem et omni huiusmodi  
acceptantem, constituit et fecit suum verum et legitimum  
procuratorem ac nuntium specialem et generalem, ad  
ipsius Domini Constituentis nomina et pro eo limina Vestrorum  
Petri et Pauli Apostolorum de Urbe visitandum et relationem  
status de suae ecclesiae Capuanae illustrissimis et reveren-


dissimilis Cardinalibus Sacra<sup>crue</sup> Congregationis super Concilio-  
 lum in scriptis dandum et consignandum et  
 faciendum in praemissis omnia, quae ipse vel Ill. mus  
 Dominus faceret et facere posset, si praesens et persona-  
 liter interesset, etiamsi talia forent quae man-  
 datum exigent magis speciale quam praesentibus  
 est expressum: promittens mihi, notario publico  
 infrascripto tanquam publicae et authenticae per-  
 sonae, sollemniter stipulatae et recipienti, virtute  
 ac nomine omnium quorum intererat, intererit  
 aut interesse poterit ~~quodlibet~~ quomodolibet in futu-  
 rum se ratum, gratum et firmum perfectum habitu-  
 rum omne id et quicquid per dictum domi-  
 num procuratorem in praedictis et circa ea actus,  
 gestum et procuratum fuerit sub h<sup>is</sup> et ob<sup>re</sup>  
 omnium et singulorum eius bonorum & ac qua-  
 libet alia iuris et facti <sup>res. re</sup> reservatione ad haec  
 necessaria pariter et contentam.

Super quibus omnibus et singulis praemissis  
 idem Illusterrimus Dominus constituens, sibi  
 a notario publico infrascripto unam vel ~~plura~~ plura  
 publicum sive publica fieri petit atque  
 (formia?) infra instrumentum et instrumenta. Asta faciendi.  
 Huc coram.



Capuae, in Palatio archiepiscopali sub  
anno, indictione, die, mense et Pontificatu  
quibusque supra. Praesentibus ibidem ill. mis  
Dominis Antonio Docto, presbytero Ferrariensi  
et Arthemisio de Arthemisiis, clerico Amerensi,  
familiaribus eiusdem Illustrissimi Domini, ad  
praedicta vocatis et rogatis.

Et ego Annibal de Leonardo, Capuanus,  
publica apostolica et regia auctoritate notarius,  
de procuratoris instrumento *ref. g.* quod scripsi  
subscripsi et consignavi in fidem *J.*



[alia manu]

Nos electi ad regimen et gubernium  
fidelissimae Civitatis Capuae, testamur  
pleneque fidem facimus omnibus ad quos  
praesentes pervenerint aut fuerint quomo-  
dolibet presentatae, quoniam supradictus  
Annibal de Leonardo, laicus Capuanus, qui prae-  
sens procuratoris instrumentum scripsit et authenticavit,  
fuit et est publicus apostolica et regia auctoritate  
notarius legatus et fidelis, eiusque publicis scripturis

d

4 Octobr. 1603. Litt. tertim. pro Laurent Menicillo.


a cunctis in indicio et extra place adhibetur fides. 2504

Propterea praesentes scribi fecimus per infra-  
scriptum dictae Civitatis Cancellarium, solita eius-  
dem Civitatis sigilli impressione munitas.

Datum Capuae, die 4 Octobris 1603

Hieronymus Caserto

Cancellarius de mt



S. Congreg. Concil. : Arch. Vaticanum : Visitaciones ad  
limina : relationes de statu ecclesiarum : Casetta  
Capua n.I f. 380.